



Applausus Carmeli Francofurtensis.

Ededit ante annos aliquot , Amplissimus , Admodum Reverendus & Eximius Dominus , Dn. ALBERTUS PREZ , Ss. Theologiæ & Canonum Doct. Proto-Notarius & Missionarius Apostolicus , Imperialis Ecclesiæ ad S. Bartholomæum Francofurti Canonicus Capitularis & Scholasticus , Civitatis Francofurtensis Pastor, quodam non infimæ commendationis opusculum intitulatum : DECIMÆ MARIANÆ &c. illudque toti Provinciæ nostræ Carmelitarum Allemanniæ Inferioris honorifice dedicavit , proindeque eadem Provincia nostra in Comitiis Provincialibus Moguntiæ Anno 1720 congregata , per venerabile definitorum dicti Capituli Provincialis benefato Amplissimo Domino Authori cum appressione sigilli communis Provinciæ & subscriptione eorum , qui modò dictum Definitorium constituebant , decentes retulit gratias in scheda desuper expedita sequentis Tenoris :

Totum Capitulum Provinciale Ordinis Fratrum Bmæ Dei Genitricis , semperque Virginis MARIÆ de MONTE CARMELO , Provinciæ Germaniæ inferioris , in Carmelo Moguntino die 26 Aprilis Anno 1720 congregatum , condignas vigore præsentium refert gratias , Amplissimo , Adm. Reverendo & Eximio Domino , Dn. ALBERTO PREZ , Ss. Theologiæ ac Canonum Doctori , Protonotario & Missionario Apostolico , Imperialis Ecclesiæ ad S. Bartholo-

matum Francofurti Canonico Capitulari , & Scholastico,,
Civitatis Francofurtensis Pastori Catholico , Confratri no-
stro amantissimo , pro erudito opusculo *Decimæ Marianæ in*
Agro Carmelitico collectæ Sc. nuncupato , toti Provinciæ no-
stræ dedicato , eundemque benefatum Confratrem nostrum
omnium & singulorum specialibus precibus ac devotioni-
bus recommendat , ut Deus T. Opt. Max. illum ipsum per
plura adhuc annorum lustra in columem , vegetem ac valen-
tem pro Dei cultu & honore , pro fidei Orthodoxæ incre-
mento & gloria , pro S. Ordinis nostri decore & bono , pro
fuerum denique augmentatione meritorum conservare digne-
tur . In fidem hasce per Venerabile Definitorium Capituli
Provincialis subscriptas & consueto Communitatis Provin-
ciæ nostræ sigillo munitas dedimus in præfato Carmelo no-
stro Moguntino Anno & die supra specificatis .

E. Arnoldus à S. Leonardo Ex Affiliens Gene-
ralis & Exprov. Praes Capituli mppr.

E. Bertholdus à S. Maria Prov. electus mppr.

E. Vitus à Matre Dei Ex provincialis mppr.

E. Emmanuel à S. Georgio Definitor mppr.

E. Crescens à S. Matthia Definitor mppr.

E. Gerardus à S. Ernesto Definitor mppr.

E. Angelus à Terra Sancta Definitor mppr.

E. Damascenus à Circumcisione Domini
Secretarius Capituli mppr.



Cum vero altefatus Amplissimus Dominus ALBERTUS PREZ, denuo intendat edere, imò defacto sub prælo
fiuet novum opus Eucharisticum, intitulatum: FONS
PATENS DOMUI DAVID &c. non potest non
eidem saepe laudato Domino Confratri nostro amantissimo
ex corde gratulari atque applaudere Carmelus noster Fran-
cofurtensis, *Fontinalia* cum eodem decenter celebrando:
quocirca Fons Fonti saltem dicit plurimam, *Fons Eliæ* in
Monte Carmeli Francofurtensis, *Fonti Eucharistico* Amplif-
simi Domini Authoris, ambos hujuscemodi fontes cum
submississima devotione derivando in *Fontem Speciosum*, unde
& utrius id est Fonti Eliano ac Fontis Eucharistici Au-
thoris non semel suavis ac dulcis gratiarum unda promanavit:
Proinde hujus Carmeli nostri Francofurtensis votū respective:

Ad REVERENDISSIMUM & CELSISSIMUM

S. R. I. PRINCIPEM ac DOMINUM,

DN. IOANNEM PHILIPPUM
FRANCISCUM,
EPISCOPUM HERBIPOLENSEM, FRANCLÆ ORI-
ENTALIS DUCEM, Ecclesiarum Metropolitanæ Mogun-
tinæ, & Imperialis ad S. Barthol. Francof. PRÆPOSITUM,
operis PATRONUM, sicut & ad Amplissimum Dominum
operis Authorem catenus perorat, quatenus Fons ille pa-
tens domui David, id est, sacrosancta Eucharistia fiat in:
eo fons aquæ salientis in vitam eternam. Joan. 4. Ita animitus
exoptat die 5 Martii Anno 1723.

devotus ac devinclus

Carmelus Francofurtensis.